Hunt Institute for Botanical Documentation
5th Floor, Hunt Library
Carnegie Mellon University
4909 Frew Street
Pittsburgh, PA 15213-3890
Contact: Archives
Telephone: 412-268-2434
Email: huntinst@andrew.cmu.edu
Web site: www.huntbotanical.org

The Hunt Institute is committed to making its collections accessible for research. We are pleased to offer this digitized version of an item from our Archives.

Usage guidelines
We have provided this low-resolution, digitized version for research purposes. To inquire about publishing any images from this item, please contact the Institute.

About the Institute
The Hunt Institute for Botanical Documentation, a research division of Carnegie Mellon University, specializes in the history of botany and all aspects of plant science and serves the international scientific community through research and documentation. To this end, the Institute acquires and maintains authoritative collections of books, plant images, manuscripts, portraits and data files, and provides publications and other modes of information service. The Institute meets the reference needs of botanists, biologists, historians, conservationists, librarians, bibliographers and the public at large, especially those concerned with any aspect of the North American flora.

Hunt Institute was dedicated in 1961 as the Rachel McMasters Miller Hunt Botanical Library, an international center for bibliographical research and service in the interests of botany and horticulture, as well as a center for the study of all aspects of the history of the plant sciences. By 1971 the Library's activities had so diversified that the name was changed to Hunt Institute for Botanical Documentation. Growth in collections and research projects led to the establishment of four programmatic departments: Archives, Art, Bibliography and the Library.

Lett.a di Carlo Linneo a Macri

Germania 2

a
Monsieur

Monsieur Xaverius Macri

fr: Trident

Neapel

Son of Linnaeus Sr.

Hunt Institute for Botanical Documentation

Doctissimo Domino
Xaverio Marci
S.pl.d.

Carolus à Linné
Nobilis Suecus

Loco Parentis, litteras quas ei Scripsisti, ego respondere debeo, cum ille ulterius ipse Scribere nequit; bis enim Pater meus hoc anno apoplexia laboravit Serosa, unde nunc latere dextro motu fere privatus est; ambulat sat bene, adjuvante tamen famulo, sed scribere et distincte loquere ulterius nequit, interea vivit nunc animo sat hillari, nullo modo turbato vel debilitato ingenio. Gratulor mihi hanc occasionem tecum ineundi commercium litterarium, ut ab tua mundi plaga etiam aliqua de vestris novis inventis in Historia Naturali et medica sciam. Meum officium est hoc tempore idem ac antea Parentis fuit, ~~[illegible]~~ quare nunc Scientias has: Zoologiam totam, Botanicem, Materiam medicam, diaetam, et partem oeconomiae, omni studio post haec colam; sum harum Scientiarum Professor Upsaliae et Praefectus Horti Regii Botanici; Pessimum est, et quod valde doleo, me habitare in frigidissima et in angulo mundi posita terra, ubi vegetabilia, insecta et quae sunt reliqua, numero et magnitudine minora sunt, et ubi plantae regionum calidiorum difficilius coluntur; longe aliter sese habet in fertilissima et benignissima vestra terra; admirabar saepissime

sum

Hunt Institute for Botanical Documentation

sum, illa exemplaria plantarum, quæ ex regionibus vestris ha
buit quondam Pater, pro herbario certe pulcherrima.
Ipecacuanha videtur omnino esse Violæ species, sed quænam non
dum notum; Ipecacuanha alba, quæ interdum in officinis occurrit, est
Violæ species, et a Patre vocata Viola Ipecacuanha in dissertatione
hic Upsaliæ habita; hæc crescit in pratis Cayennæ; sed vera Ipeca
cuanha est brasiliensis, cujus figura, quam habet Margrav et Petiver non
a Violis dissimilis. Ante plures annos edidit Wallerius Minera
logiam suam latine, ut iam exemplaria hujus in nostra patria ul
terius non exstant. nuper alium edidit libellum de formatione mundi
sed svecice scriptam. Jam occupatus sum in formando Species
plantarum, et etiam animalium, sed opus adhuc habeo plura videndi,
ut veras videam et obtineam observationes; itaque quæ mihi mittere
velis vel plantas vel insecta sive alia Naturalia gratissima mente
agnoscam; et si illa inter nova quædam inveniantur, ea suis locis
inseram, non absque tuo nomine; Supplementum Systematis Na
turæ prius meditor; pulcherrimas hoc anno habui collectiones ex Zeyla
na, et Bengalis ex Mari australi vel terra maxime australi, et
nunc habemus Svecum Botanicum in reditu ex Japonia, ubi occa
sionem habuit colligendi magnum plantarum numerum.
Quomodo viget Botanica apud vos, an pulchros an ditissimos ha
betis circa Neapolim hortos Botanicos? quinam sunt vestri Bo
tanici? An nova quædam habet magnus vester Practicus Cyrillus

Simplicia

Hunt Institute for Botanical Documentation

Simplicia medica practico suo usu declara[ri]. magni faciunt
hic medici usum Moxae in doloribus fixis, Gratiolae in sugillationi-
bus et contusionibus f. ecchymosibus, Rad. Arnicae in febribus etc.
Si mihi desideratum honorem facis et rescribes est inscriptio litterarum
eadem ac antea ad parentem semper. Societati Scientiarum Upsaliensi

Vale interea Vir doctissime! et fave.

Dabam Upsaliae. 14 novembr: 1777.

an caprificatio apud vos in Ficu Carica peragitur a Cynipe,
vel an Ficus receptacula sunt tecta flosculis femineis et mascu-
lis

Hunt Institute for Botanical Documentation